



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 7. Christus se transfiguratur, suarum demonstrans radium diuitiarum, sed sub humanitate absconditarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

Resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. In S. Scriptura illud album dicitur, quod splendet, splendor enim ex abundantia lucis nascitur, & inter colores, color albus plus ceteris est receptivus lucis, proinde indicat, quod Christi vultus vt sol splenduerit, vestimenta autem eius fuerunt alba & splendida quod alius dicit. Euangelista: *Vestitus ejus albus ac resurgens.*

Luc. 9. 29.

§. 7. Christus se transfigurat, suavum demonstrans radium divitiarum, sed sub humanitate abscondit arum.

sermones suos. Ita legunt Septuaginta Sermo in S Scriptura, significat non solum modo verbum sed etiam, rem. Vt dixit Christus diabolo: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo &c. q. d. Non est Deus alligatus patri, vt hominem sustineret, sed qualiter re voluerit, poterit illum enutrire. Deinde significare vult Propbeta, vt advertit D. Hieron. q. d. Vos prae moreo, adveniet Rex, rerum suarum ingens absconditor. scilicet cum aduenerit quidquid boni, diuitiarum, excellentiae, celsitudinis ac potestatis habet: attamen haec omnia abscondet. Hoc egit in sua mysterio Incarnationis. Secum omnes suas contulit diuitias, spiritum suum in carne nostra gloriam suam in doloribus nostris, in nostra paupertate, diuitias, in nostra temporalitate, suam aeternitatem, in nostra exiguitate. suam celsitudinem suam omnipotentiam, in nostra nulli potentia, suam fortitudinem, in nostra infirmitate, proinde hac de causa eam atterere considerans idem Propbeta, ait: *Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator.* O latens mysterium! Mysterium absconditum à saeculis. Num quis vnquam diuitiarum opulentus diuitis? Num quis vnquam talis omnipotentia potensissimus? Num quis vnquam Deus veriori Deus diuinitate? Num quis eminentiori gloria sublimior? Ex altera parte, num quis illo pauperior, qui vbi caput suum reclinat, non habeat? Num quis mortalius, morte hinc discessit dolore sicut? quis illo paucis afflictior? Hoc Christi mysterium veneramur, inuenis, omnem coeli credimus gloriam, exterius omnes mundi dolores: interius omnes superemus diuinitatis diuitias, exterius extremam paupertatem, interius totam cotam colimus Dei beatitudinem, exterius totam hominis mortalitatem. Hoc erat illi familiare. Hoc autem quod hodie agit admiramur, permittit enim vt foras prodeat ista gloria quae latebat intus abscondita, & sicut qui soluit aquarum retinacula, seu cataractas, quibus suspensae detinebantur ne defluerent, ita modo locum cedit, vt ex anima in corpus defluat splendor maiestatis, aperteque talis videatur, qualem nobis describit Euangelista.

Cur Christus dicitur esse Deus absconditus. Mat. 23. 4. q. d.

Hoc mysterium paucis enodemus: Publico hoc omnes approbant suffragio, quod cum in omnibus Christus eluceat admirabilis, in cogitationibus, verbis, operibus, vita, miraculis, passione, morte, resurrectione, ascensione, ac proinde eiusdem, epithetum, ac cognomen, quocumque eum modo consideres, futurum praedicte: admirabilis: *Vocabitur autem nomen eius admirabilis*: attamen singulari quodam modo in sua dicitur conceptione admirabilis; ita planis apertisque verbis fatebatur Angelus Gabriel, qui praeter ceteris huius mysterii praecellit cognitione, veique inter caelestes spiritus electus, huius mysterii Annuntiator ad virginem Mariam. Dum enim caelorum regina de mysterio inquirat. *Quomodo fiet istud*: eam ad spiritum remittit. *Spiritus Sanctus superueniet in te.* Quo 3. p. 9. 30. declarat interprete D. Maximo apud D. Thom. 4. 2. ad 3. se huius mysterii non capere celsitudinem: quod sic esse credimus: in hoc quippe mysterio coniunxit Deus duo maxime in se se distita, quae cum essent talia, vnum alterum non consumebat, quomodo potius, vnum alterum contegebat. Haec autem fuerunt, Diuinitas ignis consumens: *Deus nosse ignis consumens est.* Et humanitas palea & totum: *Omnis caro fennum: Quae coniunctio ignis ac paleae? Vbi ignis suo intensissimus ardore, paleam omnino inuadens illam non consumat, sicut nec in tubo Moysi, quin potius flamma eius, ac splendor, palea conteguntur.* *Deus lux est.* Homo vero umbra: *Fugit velut umbra.* Coniunguntur sol & umbra, nec umbra deficit, quinimodo contegit umbra obscuritas, solis claritatem. O admirabile mysterium.

1. p. 9. 48

Luc. 1. 35.

3. p. 9. 30.

4. 2. ad 3.

Deut. 1. 4.

2. p.

1. p. 9. 40. 6.

1. Ioan. c. 1. 5.

Iob. c. 1. 4. 2.

1. p. 32. 1.

Prædixit Vates Isaïas de Filio Dei, quod in aduentu eius cuncta laterent abscondita: *Ecce in iherusalem regnabit Rex, & erit quasi vir abscondens*

II. Allegoria com.

illis comprehenderetur; cum verò his panniculis tota aquarum immensitas comprehendere-
 retur, illi nihilominus, & viderentur & essent
 adeo sicci, quasi ne vel aquæ guttula illis ob-
 volueretur. *Quis conclusit ostium mare, quando
 erumpēbat, quasi de vultu procedens, &c. & ca-
 ligine illud, quasi pannis infantia obvoluerem? &c.*
 Quid illo mirabili mirabilius? An tibi sit pos-
 sibile vel vnam aquæ linteo involuere: eam-
 que ita strictim feruare, vt ne vel minima gut-
 ta despumer, sed & ipsum linteum maneat ab
 omni humore siccum? quàm igitur difficilium
 multo foret vnius fluminis aquas colligere, cas-
 que exiguo concludere panniculo? Et quod om-
 nes excedit & vires & fidem, totum Oceanum?
 Hoc diuinæ fuit opus omnipotentis. Mare, ip-
 sa diuinitas, mare, abyssus, infinitæ substantiæ
 pelagus, diuitiarum, & inipotentiæ, gloriæ, ac
 fortitudinis Oceanus. Totum hoc immensum
 obvoluit nostræ pannis humanitatis. *Verbum ca-
 ro factum est. Viden' puerulum illum? istam
 exiguitatem? Illud corpusculum? Noueris, ait
 D. Paul. quod in eo inhabitat omnis plenitudo di-
 uinitatis corporaliter. At tanto prodigio, vt cum
 possideat anima totam beatitudinem, cœlestem-
 que gloriam, & in illo corpusculo totum con-
 cludat diuinæ immensitatis Oceanum, in illis
 tamen corporis fasciis ne gutta quidem ap-
 pareat huius gloriæ, diuitiarum ac Dei celsi-
 tudinis: quinimo, doloribus, siti, fame, cæteris-
 que corporis ærumnis oppleatur. Hoc autem
 hodie concedit, vt quasi per huius panni po-
 ros effluat gatta quedam illius maiestatis, illius
 gloriæ mimus atomus, quo D. Petrus ita sibi
 plenissimè credidit satisfactum, vt amplius ni-
 hil sibi desiderandū possit, superesse iudicaret.*

§. 8. Resplenduit &c. *Concepit Christus in
 carnem suam desuere & diuinitatis sua splen-
 dorem, quasi qui cortinas arca contraheret.*

IN hanc sententiam declinat D. Ambr. quod
 nobis Iob huius profundissimæ Theologiæ
 proposuerit articulum, idque verbis profun-
 dissimis, quæ D. Ambrosius censet prophetiam ad-
 mirandam, quibus hic S. Patriarcha declarare
 voluit mysterium Incarnationis: *Quis commouet
 terram de loco suo, & columnas eius concutimur,
 qui præcipit soli & non oritur, & stellas claudit,
 quasi sub signaculo. Ecce Mysterium Incarnatio-
 nis; commouere de loco suo terram, cœlestes
 concutere columnas, soli præcipere ne oriatur;*
Hieron. Lanuza Bapt. de Tom. 1.

& stellas ita occultare, vt velut sub signaculo
 conclusæ esse videantur. Locus terræ infimus
 est, imò ipsum centrum quare & ipsa reliquus
 est inferior elementis. Rapiam eam Deus, & ad
 cœli sustollit altiora. *Quis commouet terram de
 loco suo. Terra nostra est humana natura, de se
 infima, vilis & creaturarum omnium miserrima:
 illam rapit Deus, & ad cœli tollit altissi-
 ma, ad ipsam Dei celsitudinem illam vnens
 verbi Domini hypostasi: Quò alius euehi non
 potest, adstruit D. August. & illa quidem nostra
 humanitas. quæ ex se ad ima descendere de-
 buerat, proprio sibi supposito innixa, assumitur,
 extollitur, vt diuino verbi supposito inhæreat,
 & ad supremam celsitudinem euehatur. Hoc
 Dei tanto miraculo cœli concutit nunc colūmæ,
 ipsimet Angeli perterrentur, dilucidè hoc Ga-
 briel Angelus virgini Matri declarauit, dum illi
 ait: Ecce concipies in vtero, & paries filium, &c.
 Et filius Altissimi vocabitur. Visceribus tuis, ac si-
 nu virginali, concipies filium, cœlorum Domi-
 na, in quo humanæ naturæ humilitas euehetur,
 & filij Dei celsitudini vnietur. Opus autem
 hoc erit tale, vt cæteris absconditum sit Ange-
 lis, soli Spiritui S. vt eiusdem auctori, referua-
 tum. Sublata ad cœlum, terra, cœlestes, diui-
 nasque adipiscitur qualitates, esse diuinum, di-
 uinam subsistentiam: solem habuit, ac stellas, e-
 leuata etenim humanitate ad verbi æterni sub-
 sistentiam, natural ter iam conseqnebatur glori-
 a, ac in anima beatitudo, simulque dotes su-
 pernaturales. Nec hoc tacuit D. Ioannes vt no-
 tat D. Chryl. *Verbum caro factum est, &c. & vidi-
 mus gloriam eius, gloriam quasi vnguenti à Patre
 plenum gratiæ & veritatis. Dum filius Dei homo
 factus est, factus est & homo filius Dei, proin-
 de eum consequitur plenitudo gratiæ ac veri-
 tatis. Porro præcepit Deus soli ne oriatur, &
 stellas vt abscondantur & quasi sub sigillo con-
 cludantur: Qui præcipit soli, & non oritur, &
 stellas claudit, &c. Hoc est, vt soli iste gloriæ
 in anima delitesceret, nec foras in corpus e-
 rumperet conclusus ac contactus nostræ mor-
 talitatis ac passibilitatis velo: ac stellæ itæ, do-
 tes animæ exterius non apparent nec in corpore
 viderentur: vnde Christus sic vixit in
 hoc mundo, vt nec radij solis gloriæ suæ pro-
 filirent, nec dotium animæ claritas effulgeret.
 Hodie verò soli locum ac facultatem concedit,
 vt serenus oriatur, claritatis suæ radios emit-
 tatur adeo fulgidus, vt ex illis: Resplenduit facies
 eius sicut sol, vestimentu autem eius sicut
 candida, &c. Applaudite mysterio.**